



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

49. De his, quæ in nuptiis donata sunt à consanguineis, vel amicis sponsi,  
& contrà, cui acquirantur? Ex p. 11. tr. 4. & Misc. 4. res. 28. p. 359.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](#)

*Sop. hoc in  
tom. 6. tr. 7.  
leg. doctrinā Ref. 57.  
prope finē,  
a verū qui-  
bus infer-*

16. Quando pater ex bonis lucratīs in secundo matrimonio, filiam ex primo dotauerit, vel filio ad nuptias donauerit, cauebit praejudicium tam quod legitimas ceterorum filiorum, quām quod dimidiā partem lucratorum secundā vxoris, alioquin damnum resarcire tenebitur.

17. Sed virum vxor sine consensu viti dotare valeat filiam sive communem, sive prioris matrimonij, eodem modo dicendum est, quo id vero sine consensu vxoris permisum est.

18. Vide etiam Rebellius *quest. 6. per totam, in qualitatem hæc firmat, videlicet. Primo, quando comuni consilio vxor, & maritus simul promittunt do-rem filiæ communi, vel si eam promissionē ab vxore factum postea vir ratam habeat, validæst promissio; et si bona lucrata defint, vt dos impleatur, ex bonis virtutis impleri debet, & quomodo in bonis vxoris exercitio fieri possit.*

19. Secundū, si vxor sine consensu viri aliquid filiæ, sive propriæ, sive alienæ nomine dotis promittat, inutilia erit, & illicita promissio, si tamen vir factus conscientiam eam ratam habeat, valida erit.

20. Tertiū, si promissio vxoris præsata sine consensu viri facta in tempus soluti matrimonij referetur, valida foret.

21. Quartū, quando consensus alterius pro forma actus exigitur vt præcedat. si non præcedat, non reconualecitur talis actus adveniente postea consensu; fucus si pro vitando dumtaxat alterius damno exigatur.

22. Nota etiam cum Castro Palao *loc. citato* §. 4. hæredem obligatum esse (quæcumque defunctus obli-gabatur) illius personam repræsentare, & consequenter illius obligationem suscipit; sicut colligitur ex *I. postulante ff. ad Trebellian.* Vnde cum pater præ omnibus coniunctis obligatus est filias alere, & dotare, illius hæres eadem obligatione tenebitur.

23. Hoc tamen procedit, cùm hæres integrum substantiat, ex qua dos constituta erat, accipit; quod si hæres fucus sit, non obinde obligatione præstandi alimenta, & dotem filiabus excusarur, sicuti pluribus comprobatur Petr. Barbosa *dict. 4. part. leg. 1. num. 84. ff. soluto matrimonio,* quia hæc est obligatio bonis paternis annexa, quam filius recipiendo bona executare non valet.

24. Licet filiabus hæretici fucus neque dotem, neque alimenta præstare tenetur.

25. Interim autem, ac dilectum declaratum est, neque dos, neque alimenta sunt deneganda.

26. Et hæc omnia sufficiat dixisse circa obligationem constitutæ dotes, & ne credas illa solum Iurisconsultis seita necessaria esse, sed maximè etiam confessariis, ex his, quæ recte obseruat, & docet Rebellius *part. 2. lib. 5. quest. 4. num. 30.* vbi sic ait: Ex dictis habes quinam puellas volente nubere, dotare teneantur secundum dispositionem legum, quam necessitatem legalē appellat Menoch. *ib. 2. de arbitrio casu* 182. *num. 67.* num. verò huiusmodi necessitas inducat obligationem peccati mortalis, non facile est diuidicare: crediderim tamen sine præiudicio rectius sentientium, quando secundum iura, ac Doctores, aliquis compelli debet ad dotem præstandam, subesse obligationem peccati mortalis, saltem ex genere suo, & multo magis post sententiam Iudicis, licet autem hæc necessitas legalis non fundatur in debito de iustitia communitativa, fundatur tamen non tantum in caritate, sed etiam in speciali vinculo pietatis, quia inter se prædicti sanguine coniuncti tenentur, quæ inducit obligationem non præ ex charitate, sed quasi de iustitia; quia tamen se-pissime interueniunt causæ, quæ rationabiliter de-

obligant parentes, & consanguineos, vel absolunt, vel saltem ab accelerata præstatione dotis, non erunt temerè peccati lethalis damnandi à confessariis. Ita Rebellius, & ego.

### R E S O L . X L I X .

*De his, quæ in nuptiis data sunt à consanguineis, vel amicis sponsi, & è contra, cui acquirantur; Ex parte 11. tract. 4. & Msc. 4. Ref. 28.*

§. 1. **C**ausa in praxi quotidiana, & occasione matrimonij initi inter filiam Excellentissimi Domini mei Connestabilis Principis Columnæ, & filii excellentissimi Marchionis Spinulae, in quo munera magni valoris (vt patet in nuptiis tam inclitis) sponsæ largitæ sunt de illo à parentibus interrogatus fui, & inter Iurisconsultos (postea dicimus de Theologis) tres sententias inueni: nam Vildarius Zalus *i. singul. intell. 9. Ludouic. Romanus consil. 172. n. 21.* contendunt ea, quæ sponsæ donantur, etiam si consanguineis mariti, & eius contemplatione, donata sunt, ad vxorem tamen, & eius heredes, non ad maritum pertinere. Cum in donationibus non tam cuius contemplatione illæ siant, sed cui inspicendum sit, & quod quis amico, & cognato donare cupit, ipsi dare facile possit, nec opus habeat eiusmodi circuitu, vt sponsæ, vel vxori eius det, quod ipsum habere velit. Et hanc opinionem probat, & sequitur etiam Daniel Mollerius *dict. 1. 2. semest. c. 42.*

2. Sunt deinde, qui statuant ad virumque conjugem spectare ea, quæ die nuptiarum illis donantur: quoniam contemplatione utriusque illa donata centur, cum præfertim plerique in locis modo sit receptum, vt munera, quæ offerruntur, utriusque coniugi ab hospitibus donari, & offerri soleant.

3. Alij sequuntur Bartolom *in l. sed eti plures §. ar-rogo ff. de vulgar. & popular. substat.* marito illa tribuant, quæ ab amicis, & cognatis eius donantur, vxori vero, quæ illi cognati donantur, quæ distin-ctio teste lafone à plerique approbatu*s;* tautum durum sit in practica ab illa recedere.

4. Plenius distinguit Matthæus Vuesembecius *in paravi. ff. de donat. inter vir. & vxor. vi nempe ea, quæ à consanguineis vxoris sunt donata, vxori acquirantur, quæ vero à consanguineis mariti donata sunt, marito cedant. Quæ ab extraneis oblata fuerunt munera, sunt utriusque coniugi communia: Rationem videtur hæc opinio habere perspicuum. Nam quæ à cognatis donantur ob propinquitatem, & contemplatione cognitionis donatae videntur, quæ ab extranis ob affectionem erga utrumque coniugem patent.*

5. Et quidem non videtur obstare ratio Zasij, & Danielis Molzeri supra adducta, quod in donationibus non tam spectetur cuius contemplatione, quām cui donatio fiat.

Hoc quippe principium dilucidè refellitur *texta l. 5. §. 2. de iure dot.* quo in loco Vulpianus scribit, quod si quis pari donatur dedit, Marcellus l. 6. Dō-geſſ. scribit, hanc quoque à pare profectam esse, & eſſ verum. Vult proinde Vulpianus post Marcellum, dotem esse profectiam, quæ non à patre ipso, sed contemplatione patris datur filiæ. Dum vero profectia dicitur, innuit quod patri acquiratur §. 1. *inf. 8.* per quas personas non acquir. At non erat patri donata, sed filiæ; at contemplatione patris: igitur in donationibus non tam spectatur, cui res detur, quam cuius contemplatione donatio fiat.

6. Et hæc sunt placita Iurisconsultorum, quos pro Theologis hic visum est adducere; nunc verò

Theologos

## Tractatus Sextus

360

Theologos pro Iurisconsultis adducam, & hi sunt  
principi Sanchez de matr. l. 6. disp. 26. Molina tr. 2.  
disp. 430. & Caltrus Palauz tom. 5. disp. 1. punc. 13.  
§. 1. Martinus Perez de marim.

7. Dico itaque, quod cum consanguineus, vel  
amicus sponsi, utrique scilicet sponso, & sponsa  
donat, non est difficultas utriusque acquiri, & inter  
utrumque esse donatum diuidendum, satis enim do-  
nans suam voluntatem expressit, alias si vni tantum  
veller donatum explicati, non utriusque coniunctum  
donatum concederet.

8. Similiter idem est si donans vni tantum ex  
sponsis, sibique consanguineo donaret, ei tantum  
acquireretur, nisi aliter de donantis mente consta-  
ret, quia tunc pro donatario adest ipsius donationis,  
& consanguinitatis presumptio: neque hanc pre-  
sumptionem infirmat, et si donans utriusque  
sponsi consanguineus in eodem gradu, satis enim  
est, quod sit donatarius consanguineus, ut pro illo  
tantum sit presumptio.

9. Verum si nulla ex supradictis causis existit;  
sed sola adest consanguinitas sponsi, dubitant Do-  
ctores, an eo casu doctatio facta sponsa acquiratur  
sponsa, vel potius acquiratur sponso, & sponsa solus  
vitus concedatur? cui dubitationi breuiter res-  
pondeo, Verius, & probabilius esse sponsa acquiri,  
cuius contemplatione sponsa donum factum est,  
nam cum consanguineus sponsi ob fauorem, quem  
suo consanguineo praeferre intendit, eius sponsa  
donet, ea donatio potius consenda est fieri sponso,  
quam sponsa. At si sponsa non solus vitus, sed do-  
minium donati concederetur, integrè ea donatio in  
fauorem sponsa fieret, & nullo modo latenter im-  
mediae in sponsi fauorem.

Et haec omnia auctoritate Iurisconsultorum con-  
firmavit Sanchez, Molina, Palauz, & Perez loc. cit.

### R E S O L . L

*De donis datis à sponsis sponsa.*

*Idem est de donis, que sicut munera concessit, & largi-  
tus est. Ex part. 11. tr. 4. & Misc. 4. Ref. 29.*

§. 1. **D**iximus de donis factis à consanguineis, vel  
amicis, nunc dicendum est de donis factis  
à sponso sponsa, quando non constat de animo do-  
nantis; Molina tract. 2. disput. 290. §. 4. dubium,  
tenet ea omnia, quae sponsus sive de praesenti, sive  
de futuro sponsa mittit, censenda esse missa, ut spon-  
sa ornariat ad virum accedat, atque ad eam honorandam,  
animique affectum illi ostendendum, qualiter  
matrimonij tempore sit abeo tractanda; non ut do-  
minum eatum retinuere ad eam pertranscat: nam do-  
natio numquam presumi debet, quoties ex alia cau-  
sa, quam donationis intelligi potest collatum, ut tra-  
dit Glossa l. cum quiff. si cert. pet. & pluribus firmat  
Gregor. leg. 36. verbo bienes iii. 12. part. 5. Mascal. de  
probation. conclus. 555. At in praesenti ex praedictis  
causis relativa presumi possunt collata, quae à sponso  
sponsa mittuntur, non igitur presumenda sunt do-  
nata. Secundo, in his, que traduntur gratia traden-  
tis, non presumitur donatio leg. si ut certo §. se duobus  
si commodati: at sponsus gratia sui mitti sponsa  
munera, tum utrād ipsum ornariat accedat, tum ne  
ipse vilis, & avarus reputetur.

2. Verum mihi magis placet opinio Castris Pa-  
lai tom. 5. disput. 1. punc. 13. n. 3. & Sanchez lib. 6. disp. 25.  
num. 28. afferentium in hoc casu distingendum, aut  
munera, quae mittit sponsus sponsa, sunt ita exigua,  
ut si constante matrimonio darentur, censerentur

donata, & non commodata, vel sunt ita magna, &  
preciosa, ut si darentur constante matrimonio, non  
censerentur donati, sed illorum vltum commodari,  
eo quod non ad communem vxoris vltum, sed ad  
singularem, & extraordinariam deferantur. Si immo-  
bi prioris sint generis, presumenda sunt donata; si  
posterioris.

3. Et ratio huius distinctionis est, quia haec mu-  
nera mittuntur à sponso sponsa in signum amoris,  
& testimonium qualiter constante matrimonio ab  
eo tractanda sit, ut ipse Molina faciat; ut si solus  
vitus, & non dominum muneri cuiuslibet exigui  
concedit, signum exigui amoris præberet, & testimo-  
nium manifestum aliter constante matrimonio effi-  
cere sponsam tractandum: Quia ratio non procedit in mu-  
neribus pretiosis, & quorum dominum constare  
matrimonio non concedit, sed solus vitus con-  
firmit, si munera, quae mittuntur à sponso eius quo-  
ris sunt, ut & constante matrimonio necessaria repre-  
sentantur sponse ad eum communem, & decentem uti-  
natam, cum haec maritus vxori concedere tenetur,  
presumendum est concessa tempore sponsam con-  
cipiatur & voluisse concedere.

4. Nota tamen, quod si in aliqua Provincia ab-  
ester consuetudo, ut ea quae sponsis mittit, etc. pre-  
ciosissima sint, non repetantur, censendus est sponsa ca-  
donare cum mittit, quia presumenda est in eis  
secundum Regionis consuetudinem, cum ab  
eis non exprimit.

5. Immo plus addit Sanchez l. 6. disp. 15. num. 37.  
nempe idem esse dicendum, quando mittuntur mu-  
nera à sponso, quorum nulla est consuetudo in mit-  
tantur, vel mittuntur abundantiam & preciosissima,  
quam sit consuetudo; et namque ipso quod pres-  
conscientiam manera sponsus mittit sponsa, do-  
nare censendus est, argum. l. donare si dixerit.

6. Sed optimè contra illum hoc non admittit  
Caltrus Palauz tom. 5. disp. 1. punc. 13. §. 1. num. 400.  
haec doctrina evenerit conclusionem ab ipso superius  
positam, afferentem munera pretiosissima commodata,  
non donari, quia in horum solius vltus concordia  
non satis remunerari solo vltu pretiosissimi concilia-

7. Facilius tamen videatur probandum quod n. 1.  
Sanchez subiungit, munera à sponso nulla pre-  
sumi donata, si sponsa ei aliqua misit, quia adest pre-  
sumptio remunerationis argum. l. si vero non remu-  
nerandi §. inde Papinius ff. mandat. At debet con-  
statere sponsa animo donandi mittere, eaque sponsa non  
satis remunerari solo vltu pretiosissimi concilia-

8. Obseruantur etiam, quod ea quae spon-  
sia diximus de muniberis missis à sponsis spon-  
sa, idem dicendum esse de donis, quae loco munera  
cessit, & largitus est; quod probat Sanchez num. 37.  
& Palauz n. 9. quibus adde Gutierrez in quafi. præ-  
lib. 2. quafi. 10. num. 1.

### R E S O L . LI

*De vestibus, & ornamentis datis sponso à sponsis  
nuptiarum?*

*Eis sup. hoc tria tempora distinguuntur, ante nuptias  
nuptiarum, & post nuptias?*

*Et tandem concluditur, quod circa hoc maxime est  
aberranda consuetudo? Ex part. 11. tr. 4. & Misc.  
Ref. 30.*

§. 1. **M**agna difficultas est inter Doctores: An  
vestes, & ornamenta mulieria à mar-  
tivori data, irreuocabiliter acquirantur vxori? But-  
tolus in leg. si mulier §. si vir. ff. de donis, in ter. vlt. &  
vlt. 2. quafi. 10. num. 1.